This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

3 2044 020 158 929

Lt
6
560

Digitized by Google

5.79

Lt 6.560.



BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
OF BOSTON, MASS.
(Class of 1829).

Nov. 15, 1861.

Digitized by Google

Zu den

öffentlichen Prüfungen,

welche an dem

Königlichen Gymnasium zu Bonn

am

13. und 14. September 1832, jedesmal Vormittags um 9, und Nachmittags um 3 Uhr statt finden werden,

ladet

alle Gönner und Freunde des Schulwesens, so wie alle Eltern und Verwandte der anvertrauten Jugend

ergebenst ein

der Director

Nicol. Jos. Biedermann.

Inhalt:

1. Unedirte Scholien zum Terenz, mitgetheilt von Herrn Prof. Dr. Schopen.
2. Schulnachrichten.

Bonn 1832.

Gedruckt bei Carl Georgi.

Digitized by Google

Lt6.560

22 cts.

1861, Nov. 15.
Gray Fund.

Digitized by Google

Ex omnibus Terentii codicibus, quotquot hucusque innotuerunt, nullum constat antiquiorem esse Bembino, nunc Vaticano: quem qui harum rerum periti sunt, quarto aut quinto saeculo scriptum aiunt. Vid. Fabric. Bibl. Lat. I. p. 51. In margine eius libri scholia leguntur, ab iis, quae Donato tribui solent, diversa et adhuc inedita, praeterquam quod Gabr. Faernus, qui illum codicem emendando Terentio adhibuit, nonnulla in animadversionibus suis protulit, ut ad Heautont. I. 2. 31. II. 2. 3. II. 3. 16. et 50. III. 1. 46. Ac meminit eorundem etiam P. Victorius Var. Lect. IX. 15., ubi Graeca quaedam Menandri inde affert seque Terentii exemplar domi habere narrat, in cuius margine Angelus Politianus ex ipso codice Bembino ea descripserit. Iam vero ex eiusmodi specimiuibus dudum mihi constabat, scholia Bembina annotatis, qualia fere omnes Terentiani codices, paulo vetustioris certe notae, exhibent, et antiquitate et eruditione longe praestare, nec indigna esse, quae e situ tenebrisque protraherentur. Itaque cum nuper, quidquid scholiorum codice illo continetur, ad calcem editionis Donati Mediolanensis a. 1476., quae mihi e Bibliotheca Regia Monacensi oblata est, ipsius Victorii manu descriptum invenissem, Terentii studiosos nonnihil demeriturus mihi videbar, si ea hae ipsa opportunitate in lucem ederem. Quis autem haec scholia et qua aetate scripserit, frustra quaeris. Hoc unum affirmare licet, e veteris nec sane indocti Grammatici commentario excerpta esse, pro more eorum, qui talia describebant, modo in exilem brevitatem contracta, modo novis commentis aucta. In iis edendis secutus sum, ut par erat, Victoriani apographi fidem, illis exceptis locis, ubi Faernus codicis scripturam felicius eruisse videretur. Numeros versuum ipse apposui et si quando in locis corruptis aliquid medelae suppeteret, emendandi rationem indicavi.

Andr. act. V. 3. 29. *sine me expurgem:* expurgem dicit innocentem probem. 30. *veniam:* licentiam, ut Statius primo libro [1]) *nec protinus ausi coelicolae, veniam donec pater ipse sedendi tranquilla iubet esse manu.*

---

1) Theb. 1. 203.

Digitized by Google

Eun. prolog. 1. *studeat:* laboret. 3. *in his:* in his dixit inter hos. 4. *si quis est qui:* Luscium Lanuvinum dicit. 6. *responsum:* relatum. *dictum:* inlatum id est..... 7. *vertendo:* penitus evertendo, per inrisionem dixit. *easdem scribendo:* in latinum sermonem transferendo..... 9. *Phasma:* propositio; est autem nomen comoediae. 11. *unde:* unde dixit a quo; *genus unde latinum* [1]). 11. *unde petitur aurum:* possessorem aut repertorem. 14. *frustretur:* frustretur dixit decipiatur. 15. *defunctus:* perfunctus aetate. 16. *is ne erret:* in posterum. *lacessere:* laedere provocando. 21. *copia:* facultas. 24. *nihil dedisse verborum:* non fefellisse. 34. *pernegat:* perseveranter negat.

Act. I. 1. 9. *ilicet:* Virgilius [2]) *ilicet, obruimur numero.* 14. *iniuriae:* Virgilius [3]) *nec tibi diva parens.* 22. *lacrimula:* lacrima dicitur, quod mentis ..... ceratione [4]) nascatur.

Act. I. 2. 89. *heri minas:* minas dixit libras.

Act. II. 2. 23. *papae:* laudis interiectio.

Act. IV. 4. 22. *colore mustelino:* colore mustelino dixit lentiginosa facie.

Act. IV. 6. 15. *cum monumentis:* crepundiis, quae infantes gestare solent.

Act. V. 8. 9. *in clientelam:* in domicilium et familiarem tutelam. 52. *accipit homo nemo melius:* paseit. Virgilius [5]) *illos porticibus rex accipiebat in amplis* i. e. pascebat.

Heautont. prol. 1. *partis:* partes officia scenicorum proportione fabulae divisa per singulos. 2. *adulescentium:* adulescentium ..... per pluralem occurrit..... 3. *quod veni:* deest propter. 4. *integra graeca:* a nullo translata [6]). 6. *duplex:* graeca et latina. *simplici:* uno. *novam:* Heautontimorumenon novum apud Latinos. 8. *cuia:* antique. 9. *id:* id ..... syllaba moram rhythmis accipit. 10. *didicerim:* docet poeta, discit actor, edicit magistratus. 12. *a facundia: a* vetuste additum. Facundus dicitur, qui bene fari potest; eloquens, qui et invenit et dicit. 16. *nam quod:* pro ceterum. *distulerunt:* dissipaverunt. 17. *contaminasse:* corrupisse. 22. *dictitat:* assidue dicit. 23. *studium musicum:* artem poeticam. 25. *existimatio:* quia hoc per nos iudicare potestis. 27. *aequom:* aequorum hominum. 28. *copiam:* honorem, potestatem. 31. *in via:* in platea. 32. *cur:* propter quod. 35. *aequo animo:* propitii. 45. *ad alium defertur gregem:* grex dicitur turba scenicorum. *defertur:* deferuntur proprie, quae vel..... sunt ut voluptati ut utilitati [7]).

Act. I. 1. 12. *nemo habet:* pro quisquam. 13. *proinde:* coniunctionis vim, non

---

1) Virg. A. I. 6. 2) A. II. 424. 3) A. IV. 365. Significat totam Didonis orationem. Non enim verbum explicat, sed rei exemplum ponit. 4) *mentis laceratione* em. Victorius; recte. Vid. Isidor. Orig. XI. 1. 5) A. III. 353. ubi eadem Servius habet. 6) *a nullo tacta* Faernus. 7) Fort. *quae inserviunt aut voluptati aut utilitati.*

Digitized by Google

adverbii habet modo. 15. *mane:* modo adverbium est, alibi nomen . . . . mane novum [1]). *tam vesperi:* vesperi et vespere, heri et here . . . . . res hodie minor est here quam fuit [2]). 20. *poenitet:* parum videtur. Virgilius [3]) *non metus officio nec te certasse priorem poeniteat* i. e. parum videatur. 32. *in illis exercendis:* exercetur labore qui fortis est, fatigatur, qui debilis. 50. *accusabam:* non obiurgabam; nam hoc benivolentis est, illud inimici. *hem:* haec interiectio tacitam ob conscientiam sumitur. 54. *tantisper:* nunc pro tam diu; nam aliter in consuetudine est. 59. *propter pauperiem:* paupertas est mediocrium, pauperies mendicorum. 71. *incerto:* fracto, ut dicimus *certo animo* i. e. forti. 72. *adsido, adcurrunt servi:* sedemus desidia, ut Virgilius [4]) *sedeant spectantque Latini*, residemus otio, ut *iam pridem resides animos* [5]); praesidemus rei commissae, ut provinciae; . . . . . mps [6]) aegris, iudicantibus. 75. *video alios festinare:* in re praepropera infinito modo pro indicativo usus est [7]). 79. *ego solus faciam:* unus est, praeter quem nemo; solus dicitur de multis. 87. *parcens:* servans. Virgilius [8]) *natis parce tuis.* 88. *prorsus:* recte ac plane i. e. in totum. Nam prorsus est priorsus, rursus retrorsus. Inde et prosa oratio dicitur, quae recte profertur, nec inflexa cantilenis. 89. *nec vas:* archaismos; nos enim dicimus *et vas.* Nam sufficiebat *nihil relinquo.* 91. *exercerent:* resarcirent [9]), hoc est in sumptu exercerentur suo. Virgilius [10]) *ferrum exercebant* pro in ferri fabrica exercebantur. 94. *exerceo:* fatigo, adfligo, ut *nate Iliacis exercite fatis* [11]). 96. *fiam:* vetuste positum. 98. *particeps:* tale est . . . . . in verrin . . . . . vvv bona . . . . . partim . . . [12]). 116. *diei:* σὺν ἀρχαϊσμῷ abundat. *tempus est:* tempus supra horam significat. 120. *convivas moror:* conviva, qui vocatur dicitur; convivator, qui vocat.

Act. I. 2. 1. *haudquaquam:* vel non, vel non minus; nam negatio est mixta cum quadam estimatione . . . . . [13]). 5. *quem volui:* subaudimus adesse. 8. *quid ais:* non est interrogantis, sed laetantis. 11. *invitatum:* quem invitavi, aut nunc invitatum. 14. *quid se faciat:* pro sibi faciat. *quia enim incertus est:* incerta pro incertus est, ut Virgilius [14]) *Rhaeteas primus est advectus in oras* pro primus. 18. *quem minus credere est:* Virgilius [15]) *nec sit mihi credere tantum.* 21. *perinde:* modo similitudinem significat. 30. *in-*

---

1) Leg. *Virgilius mane novum.* G. III. 325. 2) Iuvenal. III. 23. eiusque nomen supple in lacuna. 3) A. I. 542. 4) Qui haec annotavit, non *video* legit, sed aperte, quod Bentleius coniectura assecutus est, *inde.* 5) A. XII. 15. 6) A. I. 722. 7) *adsidemus* Victorius. 8) A. X. 532. 9) *resarcirent* antiquum scholium est; quae sequuntur, novum. Et qui *resarcirent* interpretatus est, proculdubio legit *exercirent*, ut recte vidit Bentleius. 10) A. VIII. 424. 11) A. III. 182. 12) Leg. *tale est Ciceronis in Verrinis: quibuscum vivi bona nostra partimur.* Vid. Verr. I. 44. 13) *affirmatione* fortasse. 14) A. III. 108. 15) E. X. 46.

Digitized by Google

simulat: dicit; nam insimulare dicitur, et qui falsum dicit, et qui verum, ut Cicero [1]) *nihil eorum, quae Galli insimulabant, negavit. nam parentum iniuriae:* quas iniurias filii errantes vocant. 31. *homo tolerabilis:* aut ei subauditur aut eum: si ei, sic intelligimus, uniusmodi sunt ei, qui est homo tolerabilis, aut eum, scortari [2]) crebro nolunt, ut sit, filium, qui sit tolerabilis, aut singularem numerum pro plurali posuit i. e. qui sunt tolerabiles. 35. *consilia consimilia:* appetebant prisci verba ab iisdem litteris incipientia. Virgilius [3]) *sola mihi tales casus Cassandra canebat.*

Act. II. 1. 3. *adfinis:* participes proximosve. 5. *ne:* valde, ut Cicero [4]) *ne illi vehementer errant.* 10. *quam mihi nunc surdo:* quantum, ut sit, quantum surdo. 11. *magis nunc me amicae:* non magis quam patris; nam nihil significat; sed magis quam antea. 13. *nam:* inceptive, ut Plautus *nam ego hanc maceram.* 15. *procax:* instans in petendo, unde proci matrimoni et Virgilius [5]) *procacibus austris* i. e. improbis et importune flantibus. *nobilis:* των μεσων; nobilis Africanus, nobilis g . . . diator [6]). 17. *pridem:* olim. *etiamdum:* ut nondum, sic etiamdum.

Act. II. 2. 2. *mulier:* ex sexu. *corrupta sit:* ad corruptorem transtulit culpam. 3. *quae mihi animum:* pro quae me terreant; animum autem dicit, quam illi praesens efficit metus sollicitam cogitationem. 7. *praesagit mali:* sagus scius, doctus, unde praesagus praescius. Sagire enim satis agere, hoc est multa scire. 8. *prius diiudicare quam scis:* diiudicare inter duas partes ferre sententiam .... [7]).

Act. II. 3. 4. *ancillarum gregem:* ut minorum pecorum greges et maiorum armenta dicuntur, ita et humillimae conditionis hominum greges appellantur. Cicero in Invectivis [8]) *in his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur.* 8. *dum:* abundat [9]), parhelcon et saepe imperativo additum, ut *adesdum, paucis te volo* [10]). 10. *te sollicitat autem:* sollicitare est valde movere, a solo et citare. Virgilius [11]) *sollicitanda tamen tellus.* 16. *loci:* parhelcon; nam *loci* omni significationi addi solet. Ennius *Flamma loci postquam conclusast turbine saevo* [12]). 21. *cum gratum mihi esse potuit:* .... us significat, cum vel ego memini accepti ab aliquo beneficii ..... lius memor est a me dati [13]). 28. *hoc primum ut ne quid:* ..... *nec me Argolica de gente*

---

1) Cat. III. 5. Donatus quoque ad Phorm. II, 3. 12. *nihil eorum:* Vulgo *nihil ex iis.* 2) Ita Faernus; Victorius *eum si scort.* et postea *posuit i. tolerabilis.* 3) A. III. 183. 4) Cat. II. 3. 5) Leg *unde proci, in matrimonium mulierem petentes. Et Virgilius* etc. A. I. 536. 6) *gladiator* suppl. Victorius. 7) *significat* excidit. 8) Cat. II. 10 Invectivae saepius vocantur a Grammaticis. Vid. Priscian. VIII. p. 823. XV. p. 1023. P. et alibi. 9) *abundat* a manu secunda est. 10) Andr. I. 1. 2. 11) G. II. 418. 12) Ita Faernus, *concussa praeorbine* Victorius. Versum nulla Ennii fragmentorum collectio habet. 13) Leg *gratus significat — beneficii, vel alius memor* etc.

Digitized by Google

negabo, hoc primum [1]). 30. *in itinere alterae:* veteres alterae, ut solae et totae. 34. *pultat:* frequentativum est a verbo pulsare. 39. *te absente exegerit:* vitam exigere laboriosi dicuntur et qui usque ad ultimum vivunt. 44. *texentem telam studiose:* εξισταριον γαρ εσρεματο φιλοπονως πανυ [2]). mire autem additum texentem telam, cum sufficeret dictum texentem. Deinde telam pro veste posuit. *ipsam offendimus:* offendere . . . . . nec praevisum . . . . . 48. *nulla male re expolitam:* male re fucatus . . . . . 49. *capillus sparsus:* capillum dicit more suo crinem incultum. 40. *reiectus:* retro iactus, an iterum iactus, ut appareat pulcritudo crinis. *pax:* tranquillantis, admirantis et sollicitudinem adimentis. Sic infra *unus est dies, dum argentum erit: pax, nihil amplius* [3]). 52. *subtemen nebat:* subtemen dictum ab eo, quod subeat stamen . . . . . 53. *pannis obsita:* και φεραπαινις ην μια αυτης υν υφαινεν ρυπαρως διακειμενη [4]) et ager obsitus spinis dicitur. 54. *inluvie:* propter inluviem. 56. *sordidatam et sordidam:* habitu sordidatam et veste, corpore sordidam et illuvie. 58. *tam negleguntur eius internuntii:* internuntios pro servis posuit, sed sententia haec ita est, qui non neglegerentur, si essent internuntii. 60. *qui adfectant viam:* proprie. Virgilius [5]) *viamque adfectat Olympo.* Adfectare est autem ad se velle facere, quomodo est illud *verum ubi nulla datur dextram adfectare potestas* [6]). 68. *at ego nihil esse sciebam:* quod timebas scilicet. 72. *o hominis impudentem audaciam:* impudens audacia est, ubi nulla necessitate opposita, ipsi nobis pericula quaerimus, in quibus aliquid audeamus. 75. *perierim:* pro peream. 76. *at enim:* ordo est, at enim si sinas, dicam. 77. *ita res est:* aut comparationem quandam voluit inducere et non patitur Clitipho, qui negotium audire et rem solam vult, aut quia simile quaerebat et extra rem est et ideo ille ambages dicit, aut quia hoc secum et continens dicit. 79. *enim vero:* nota enimvero semper initi . . stomachantis . . . [7]). 81. *vis amare:* mire vis ter posuit . . . . . 82. *stulte:* ironice. 91. *age age accedo:* haec repetitio rem aegre permittentis est et vix adducti, ut consentiat. 92. *pulchre cedo:* stomachosa ironia est . . . . . 94. *immo ad tuam matrem abducetur:* quasi oppignerata et deposita arraboni, aut ad indulgentissimam. 111. *accusandus:* tibi, blande; non verberandus. 117. *scilicet:* na-

---

1) A. II. 79. Virgilii nomen excidit. 2) Victorius in mg. ἐξ ἱσταρίου γὰρ ἐκρέματο φιλοπόνως πάνυ, ut Var. Lect. IX. 15. edidit. Meinek. Reliq. Menandr. p. 54. δ' pro γὰρ scribit et locum illustrat. 3) IV. 3. 39. 4) Victorius l. l. legit καὶ θεραπαινὶς ἦν μία, Αὕτη συνύφαινεν ῥυπαρῶς διακειμένη. Meinekius, qui συνύφαινε corrigit, versum a νοθείας suspicione liberat, quam Huschkius ad Tibull. I. 3. 83. moverat. Vid. ibid. Corrig. p. 564. 5) G. IV. 562. 6) Virg. A. III. 670. 7) Victorius suppl. *initium;* ego *indicium stomachantis esse.* Donat. ad Andr. I. 3. 1. *enimvero significationem habet nimium permoti atque irritati animi.*

Digitized by Google

turaliter infinito modo servit, praeterquam enim ironiam significat; nam scilicet scire licet significat. 120. *perdoctast probe*: aut per abundat aut probe. 124. *misere*: nimis, quia omne nimium non bonum; alibi *eam misere amat* [1]). 121. *qui*: unde. 123. *in tempore*: opportune. 127. *eademque ut esset*: antique posuit pro una. 128. *sed heus tu*: et hic heus admonentis est. *vide sis ne quid*: blandimentum est, saepe additur [2]) verbo imperativi modi. *sis*: si vis. Idem valet, quod sodes. 131. *inversa verba*: ambigua, figurata. *eversas cervices*: infractas, inflexas amatorieque deiectas. 133. *screatus, tussis, risus*: quae faciunt amantes ad convertendos in se oculos eorum, quos amant, ut significare furtim aliquid mutuo nutu possint. 139. *istic*: pro iste, ut hic, illic; est enim integrum istice.

Act. II. 4. 2. *studuisti*: a satisdando studere dicitur; nam rei studere satisda . . . . . λ ανδρος χαρακτηρ εκ λογου γνωριζεται [3]) et item λαλ . . . . . 11. *nisi prospectum interea aliquid*: ab his, qui ob amorem frequentes erant. 13. *ad vos adplicant*: quia quis et cuius infiniti sunt numeri pronominum [4]), cum ad multitudinem referuntur, more suo *hi se ad vos adplicant* subiunxit, non hic se adplicat. 14. *hoc beneficio utrique*: nota utrique, cum etiam de femina dicatur. 17. *meum comparavi commodum*: constituerem, ut alibi *quam inique comparatum est* [5]). 19. *quos cepi*: nove *cepi labores*, cum de re bona dicatur. *dum abs te absum*: pro abessem. 22. *duras dabit*: hoc est, durum se praebebit, vel absolute *duras*, ut dicitur *bonas ei dedit*, vel dabit poenas. Cicero *quam primum adveniens dedisti* et in Verrinis *verum illa est prae*.... 26 *O mi Clinia*: o modo admiraptis interiectio est.

Act. III. 1. 1. *luciscit*: notandum in hoc verbo pro e i poni, cum similia eius per e pronuntientur, ut calescit, haerescit. 6. *cum ei nihil*: deest praesertim. 14. *augescit magis*: augetur et crescit; est enim neutrale verbum. 18. *nuntium*: nuntius et ipse est, qui nuntiat, et ipsum, quod nuntiatur. Virgilius [6]) *nuntius haec Idmon F. m. d. t.* ipsum *ductori Turno diversa* . . . . . *nuntius*. 21. *valet atque vivit*: ysteron proteron; nam prius vivere, deinde valere; sed quod maius est, intulit [7]), aut ordinem prae festinatione non servatum [8]) ioculariter sollicito patri hoc primum dicere voluit, quod usitatum est de absentibus nuntiis. 29. *leni*: in se et *victo* in te. 31. *vehemens in utramque partem*: graece *πας πατηρ μωρος*. 35. *ad mulierculam*: cum contemptu, quasi pauperculam. 36. *grata omnia*: vel exi-

---

1) Heaut. I. 2. 16. 2) Leg. *additum* aut *est et saepe*. 3) Menandri versus (apud Meinek. p. 312.) pertinet ad v. 4. *indicio fuit oratio*. 4) *pronomina* leg. 5) Phorm. I. 1. 7. 6) A. XII. 75. IX. 691. 7) Fortasse *prius intulit*. 8) Leg. *non servavit, aut iocullariter*.

Digitized by Google

gua. 37. *ingratis:* contra voluntatem; et est adverbium; coactus est etiam, qui praemio contra voluntatem suam facit, sed non ingratis. 39. *intertrimento:* inter et de tantumdem significant ad augmentum ostendendum. Hinc dicitur interfectus ..... 40. *quidvis dare cupis:* quidvis nunc pro multo, alias pro minimo, et sic dixit hoc quod [1]) supra *omnia.* Nam in utramque partem utraque accipi possunt pro qualitate sententiae. 41. *ad perniciem siet:* amatorum. 44. *nunquam sufferre eius sumptus:* ferre dicimus leviora, sufferre, quae nos onerant. 46. *sensi:* cum gemitu pronuntia. 48. *pytissando modo mihi:* expressis labris spuendo, dum saporem vini probat. 50. *asperum pater hoc est:* etiam hoc ei displicet, quod eum meretrix patrem appellat. 52. *omnis sollicitos habui:* sollicitos habere dicitur, et qui sollicitatur, et qui sollicitat. 54. *amabunt:* pro ament. 57. *dum illum modo:* dummodo. 69. *tuum animum:* abundat. 70. *pecuniam omnem:* minor est pecunia, quam vita; sed in oratione potiora nobis sunt, de quibus agitur. 72. *fenestram:* viam. 75. *putabit:* aestimabit, ut Virgilius [2]) *multa putans:* et alibi *multaque dura ..... putabant* [3]). Proprie enim *putare* purgare est; unde arbor putatur. 81. *vera:* utilia. Salustius ..... 83. *restituerem:* restituimus eos, qui desiderantur, reddimus, qui desiderant. 87. *cupio illi:* deest nam. 89. *prehendendus:* deest ad, sed ideo praetermisit, quia dicturus erat *adhortandus.* 93. *ita quaeso:* continuo adsis. 101. *mihi:* pro in meo negotio. Alii ex abundanti positum putant; quale est in Phormione [4]) *qui mihi ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.*

Adelph. Act. II. 4. 20. *bono animo:* securo. 21. *et lectulos iube sterni nobis:* lectos tres, unde triclinium dictum. Virgilius [5]) *composuit sponda mediamque locavit.*

Act. III. 1. 2. *mea:* cara mihi. 7. *quin:* quo non.

Act. III. 2. 2. *malo:* iniquitati. 4. *circumvallant:* metaphorice. Vallata n. [6]) dicimus terrae aggerem, intra quem latentes figimus vallos, hoc est acutas sudes .... ut castra tutemur contra obsidiones hostium, qui si propius accesserint, immerguntur vallo tam pedites quam equites ..... neque liberari possunt et obruuntur desuper saxis ab hisque obpugnantur. *unde emergi non potest:* quasi de profundo aggeris. 5. *vis:* illata virgini. *egestas:* quae virginem gravat. *iniustitia:* amatoris. 8. *fides:* promissi. *iusiurandum:* quia ad matrem virginis venit ipsus ultro lacrimans, orans se eam uxorem .... ducturum [7]). 9. *repressit:* continuit, *reflexit* refrenavit. 10. *cui miserae indigne:* non data [8]) et constituta nuptiarum die. 12. *compos animi:* sanus, quia impos insa-

---

1) *ut* leg. pro *quod.* 2) A. VI. 352. 3) A. VIII. 522. *suo tristi cum corde* excidit. 4) V. 9 21. 5) A. I. 702. 6) *vallum enim* fortasse. 7) Leg. *iurans se eam uxorem domum ducturum.* Sunt verba Terentii III. 4. 26. 8) Leg. *dicta.*

Digitized by Google

nus est. 13. *malim*: optem. 15. *dum illos ulciscar modo*: ordo est dummodo ulciscar. 16. *seni animam extinguerem*: hoc est quod supra ait *familiam dari mihi obviam*. *produxit scelus*: non dixit sceleratum, sed nomine facinoris.... 18. *sublimen*: altum. 20. *eriperem oculos*: per quos amamus i. e. originem sceleris. 21. *ruerem*: deiierem; ruere active ut apud Lucretium in primo [1]. *agerem*: prosequerer. Virgilius [2]) *curru palantes Troas agebat*. 23. *quisquis est*: notandum, *quisquis* et de femina dici; an incertus, quo revocetur, virum putat. Sed sexus voce [3]) discernitur. Sic alibi [4]) *hunc oculis suis nostrarum nunquam quisquam vidit* pro quaequam. 25. *trepidas*: properas. 29. *amare occepit*: occulte coepit. 32. *quid credas iam; cui credas*: decepta promissis, negat fidem rerum, negat fidem eius personae. 41. *infitias ibit*: a non fando; infitias it, qui negat. 44. *ah minime gentium*: non omnino. 47. *quae secunda ei dos erat*: virginitatis pudor. 52. *accedo*: consentio. *quantum potes*: cito. 53. *rem narrato omnem ordine*: narratio enim rerum ordinem quaerit.

Act. III. 3. 2. *una fuisse in raptione*: raptio dicitur rapiendi officium aut actus; rapina crimen raptionis. 4. *qui alicui rei est*: pro alicuius spei ut utilitatis alicui ut rei utilitati posuerit [5]). 5. *ganeum*: sic dicitur subterranea taberna..... 6. *aliquo*: adverbium loci est. Ganeum certus est locus, aliquo infinitum est. Cur ergo certum cum incerto posuit? Quia non unum ganeum erat in civitate. 13. *hominis stultitiam*: fratris mei. *conlaudavit filium*: utiliter laudavit. 16. *distributum*: divisum. *ex sententia*: prout voluimus. 22. *absurda*: aliena ab re. *piscis ceteros purga*: extentera [6]) exsquama. 23. *congrum*: anguillam. 24. *ubi ego rediero*: quia melius purgo congrum. 25. *haeccine flagitia*: flagitium crimen est, quod infamia plectitur. 27. *macerentur*: exsiccentur. 28. *utrum studione id sibi habet*: ut sit malignus. *an laudi putat*: ut sit stultus. 37. *facilitas prava*: perversa facilitas. 43. *coeperit*: vetusta compositio pro coepisset [7]); *ωμιοτενιτα* [8]) vitavit, ne diceret olfecisset et coepisset. 51. *de psaltria istac*: fidicina. Nam Graeci a voce nomen imposuerunt. Latini a manu; psallin [9]) enim cantare dicimus, fides vero chordae sunt, quae manu temperantur. 58. *phy*: interiectio est inrisionis. 67. *ne corrumpantur*: putrescant. *cautio*: provisio. 73. *pro mea sapientia*: bene adlusit ad saporem. Sapor enim curae est coquo.

Act. III. 4. 3. *tam inliberale facinus esse ortum*: inhonestum, quod honestate facile careat. *o Aeschine*: apostrophe est in absentem, qualis est apud Virgilium [10]) *et*

---

1) *v.* 272. 2) A. V. 265. 3) *non leg. pro voce.* 4) Eun. IV. 4. 10. 5) Leg. *pro alicuius spei aut utilitatis alicuius, ut rei pro utilitate posuerit.* 6) Leg. *exentera.* 7) Ergo *coeperet* legit. 8) *ὁμοιοτέλευτα* em. Victorius. 9) *ψάλλειν* idem. 10) A. I. 555.

Digitized by Google

tu pater optime Teucrum. 14. *salvere Hegionem plurimum iubeo*: prior salutat, ne videatur reus esse pro filio. 17. *neque boni*: utilis, *heque liberalis* integri. 19. *Simulum aequalem*: magna morum est societas, quae et cum aetate consentit. 23. *vero amplius*: argumentum hoc casin κωρεσιν nominatur [1]). 25. *ubi scit factum*: aestimat. Virgilius [2]) *causas tanti sciat illa furoris.* 26. *orans obsecrans*: amor confessionem mentis [3]) elicuit. 27. *fidem dans*: fideiussores dans, ut confessionem suam . . . . . et adseverans. 31. *quicum vivat, illam deserit*: cum qua. Virgilius [4]) *quicum partiri curas.* 32. *pro certo*: . . . . dixit certa non pro cert . . . ad imaginem certi cer . . . . ero est totum veritate nixum. 33. *in medio'st*: in propatulo. *mater*: quae non potest mendacii rea fieri, quae filiarum pudorem contendit. *virgo*: esto, ut fallat mulier illa, quae initio [5]) indignam cepit iniuriam, sibi sufficit ad querelam. *res ipsa*: clamat veritas causae. 34. *non malus*: hinc Virgilius [6]) *multa malus simulans.* 40. *miseram me, differor*: o quanta signa veritatis occurrunt. Hoc est quod Hegio dixerat *ipsa virgo, res ipsa.* Vox parientis adulescentem reum violato pudore designat . . . . 44. *vis*: necessitas legum. 62. *non me indicente*: i. e. tacente; nove, immo potius κατα αρχαισμον. Nam nusquam legimus, nisi in hoc loco. Indicentem enim dixit [7]) non dicentem. 63. *defunctum*: finitum. Horatius [8]) *defunctumque laboribus.* 64. *evadit*: ascendit, unde Virgilius [9]) *evado ad summi fastigia.*

Act. IV. 2. 17. *quid ille gannit*: lacrimabundus loquitur. 22. *produxe*: porro deduxisse. 26. *ne*: nimium. 32. *diminuetur*: in diversum minuetur. 45. *lectulos ilignis pedibus*: Virgilius [10]) *currentem ilignis potare canalibus undam.* 48. *ego te exercebo*: fatigabo. Virgilius [11]) *nate Iliacis exercite fatis.* *silicernium*: incurve, dum silices cernis. 49. *prandium corrumpitur*: putescit; solvuntur enim carnes putore. 52. *producam diem*: longiorem faciam. Non minore affectu Virgilius [12]) *saepe ego longos cantando puerum memini me condere soles.*

Act. IV. 3. 1. *nihil reperio*: inter reperire et invenire hoc interest, invenimus cum labore, reperimus eventu. *tantopere*: tam multo molimine. 3. *nisi si me in illo*: hunc sensum Sallustius [13]) explicavit, *Adherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus est, queri, quod iniuriam facere nequisset.* 4. *ipsi expostulant*: in reatu ferunt.

Act. IV. 5. 32. *qui illa consuevit prior*: Virgilius [14]) *quis tibi tum Dido cernenti talia sensus.* 52. *quam te non ius fuerat tangere*: quod conditum fuerat a So-

---

1) Fort. κατὰ αὔξησιν *nominatur.* 2) A. V. 788. 3) *criminis* fort. 4) A. XI. 822. 5) *flagitio* fort. 6) A. I. 356. 7) Ita Faernus; *dixit et non* Victorius. 8) C. III. 24. 15. 9) A. II. 458. 10) G. III. 330. 11) A. III. 182. 12) E. IX. 51. 13) Iug. 15. 14) A. IV. 408.

Digitized by Google

lone, cuius philosophi legibus Attica regebatur. 55. *numquid circumspexti*: dextra laevaque animum re . . . . . [1]) Virgilius [2]) *respicio et quae sit me circum copia lustro.* 59. *credebas dormienti*: Menandri v . . . sus [3]). est in illo loco que . . . . *γυμνατεραν* . . . *παλον* abet h . . . . sensum [4]) ut sellu . . . . . in sententia . . . . una Virg. . . . [5]) tium vivitque . . . . dum medious adhibar. m. ad vel pr. 63. *nunc ludis tu me*: neglegenti homini nova semper est insperata felicitas. 64. *tam misere*: tam nimis; nam misere cupit, qui summa necessitate desiderat; ultima autem necessitas miseria indicatur. 66. *Di me pater omnes oderint*: est apud doctos poetae hic sensus, ut amoris fidem metus faciat odiorum, et odiorum testimonium habeat ex amore continuo, ut Virgilius [6]) *qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi.* 75. *hicine non gestandus in sinu est*: quia qui diliguntur, solent sinu gestari, unde Virgilius [7]) *et interdum gremio fovet inscia Dido.*

Act. IV. 7. 5. *nova capitalia*: vilescit omne, quod antea decantatum refertur . . . . . 13. *transferetur virgo*: virgo scilicet, quam intactam maritus invenerit. 29. *una in domo*: bene celat, ut habeat Demea, quod plus possit irasci. 39. *o Iuppiter*: commonitio est; per invectionem digerit [8]) omne quod queritur.

Act. V. 1. 1. *molliter*: deliciose. 2. *munus administrasti*: munus servile est esse atque potentiam [9]); supra sic dixerat *quod quidem erit bellissimum carpam.* 7. *verba fundis*: elegantior ebrietate fit servus. 8. *dis quidem esses*: dives, unde Dis pro Orcus . . . . [10]) dives animarum.

Act. V. 2. 5. *iam scio*: verba sunt inrumpentis ianuam. *mitte me*: apparet a servo retentum senem. 6. *mastigia*: latine verbero . . . . . 10. *hae silescunt turbae*: turbas plurali . . . turbationes . . . . bam singulari . . . . . titudinem legimus [11]). In Andria [12]) *quid turbae est apud forum.*

Act. V. 3. 3. *quid faciam*: cum correctio nulla est. *aut querar*: querelarum locus non est, quia mutari non potest. 5. *id nunc clamat scilicet*: scire licet, res omnis palam et culpa foris est. 8. *reprime iracundiam*: irati quippe furor mentem sanitate avertit; ad se ergo redit, qui, ablegata insania, recipit sanitatem. 10. *rem ipsam putemus*: tractemus. 18. *communia amicorum*: sententiale proverbium. 25. *pro re tollebas*: prout patrimonii tui vires exigebant.

---

1) *retulisti* fort. 2) A. II. 654. 3) L. *versus.* 4) *habet hunc sensum.* Ita Spengel. ad Varr. p. 118., qui graeca quoque restituere conatur. 5) Sequitur versus Virg. G. III. 454. *aliter vitium vivitque tegendo: dum medicus adhibere manus ad vulnera pastor.* 6) E. III. 90. 7) A. I. 722. 8) Leg. *ingerit.* 9) Leg. *potare.* 10) *qui est* fort. 11. Fort. *perturbationes, turbam singulari multitudinem intelligimus.* 12) IV. 4. 6.

Digitized by Google

3 2044 020 158 929

Digitized by Google

Digitized by Google